Per id tempus fere Cæsaris exercitui rex accidit incredibilis auditu. Nāq; uigiliarū signo cōfecto: circiter uigilia secunda noctis nimbus cum saxorū grādine subito est exortus ingens. Ad hoc aūt incōmodum accesserat: quod cæsar nō more superiorū imperatorū in hybernis exercitū cōtinebat: sed i tertio quartoue die ꝓcedendo ꝓpiusq; hostē accedendo castra cōmuniebat: operecq; faciendo milites se circūspiciendi non habebāt facultatem. Præterea ita ex Sicilia exercitū trāsportauerat: ut p̄ter ipsum militē & arma neq; uas neq; mancipiū neq; ullā rē quæ usu militi eē cōsueuit: in nanes iponi pateret. In Africā autē nō mō sibi q̄q̄ nō acqsierant: aut parauerāt: sed ēt ꝓpter annonæ caritatē ante parata cōsumpserāt. Quibus rebus attenuati oppido per quā pauci pellibus acqescebāt. Reliq ex uestimentis tentoriolis factis: atq; arundinū copiis tectis cōtextis pmanebant. Itaq; subito nimbo grandineq; consecuta: grauati pondere tenebris a quaq; oēs subruti disiectiq; nocte intempesta ignibus extinctis: rebusq; ad uictū pertinentibus oibus corruptis: per castra passim uagabantur: scutisq; capita cōtegebant. Eadē nocte. y. legiōis pillorū cacumina sua sponte arserunt. Rex interim Iuba de equestri p̄lio Scipionis certior factus: euocatoq; ab eodē litteris præfecto Saborræ cum parte exercitus Sitio relicto ut secū ipse aliquid auctoritatis haberet exercitus Scipiōis terrore Cæsaris cū tribus legionibus: equitibusq; frænatis. dccc. numidis sine frænis pedibusque eius armaturæ grādi numero elephantis. xxx. egressus e regno ad Scipionem est profectus. Postq̄ ad eum peruenit castris regiis seorsum positis: cum eius copiis: quas cōmemorauī: haud ita longe a Scipione consedit. Erat in castris superiori tempore magnus terror: & expectatione copiarū regiarū: exercitus eius magis suspensione animi ante aduentum Iubæ cōmouebatur. Postq̄ uerto castra castris cōtulit despectis eius copiis omnem terrorem depōit. Ita quā antea absens habuerat auctoritatē: eam omnem præsens dimiserat. Quo facto cuius facile fuit illatum Scipionis additum animum: fiduciamq; regis aduentu. Nam postero die uniuersas suas regisq; copias cum elephantis. lx. productas in aciem: quam speciosissime potuit instruxit ac paulo lōgius progressus a suis munitiōibus: haud ita diu cōmoratus: se recepit ī castra. Cæsar postquam animaduertit Scipioni auxilia fere quæ expectasset omnia conuenisse: neque moram pugnandi ullam fore: per iugum summum cum copiis progredi cœpit: & barchia protinus deducere: & castella munire: propiusq; Scipionem capiendo loca excelsa occupare contendit. Aduersarii magnitudine copiarum cōfisi: ꝓximū collē occupauerunt: atq; longius sibi progrediendi eripuerunt facultatē. Eiusdē collis occupandi grā Labienus consilium cœperat & quo ꝓpiore loco fuerat: eo celerius occurrerat. Erat conuallis satis magna latitudine: altitudine prærupta crebris locis speluncæ ī modum subrutis: quæ erant trāseunda Cæsari ante q̄ ad eū collē: quē capere uolebat: ꝓueniretur. Vltraque eam conuallem oliuetum crebris arboribus condensum. Hic cum Labienus animaduertisset Cæsarem si uellet eum locum occupare: prius necesse conuallem oliuetumq; progredi eorū locorum peritus ī insidiis cum parte eqtatus leuiq; armatura consedit: ut præterea post montem collemque subito se Cæsari ostenderet. Equites in occulto collocauerat: ut cum ipse ex improuiso legionarios adortus esset: ex colle se eqtatus ostēderet: ut re duplici ꝓturbatus

Nimbus cū saxorū grandine.

Pillorū cacumina arserunt.

Iuba ad scipionē profectus.

Cæsar eiusq; exercitus: neq; retro regredeundi: neq; ultra ꝓcedendi ablata facultate: circunuentus cōcideretur. Cæsar equitatu ante præmisso insciis insidiantibus: cū ad eū locū uenisset: abusi siue oblitī p̄ceptorū Labieni: siue ueritī: ne fossa ab equitibus opprimerentur: rari ac singuli de rupe ꝓdire & sūma petere collis. Q uos Cæsaris equites consecuti partim interfecerunt: partim uiuis sūt potiti: Deinde protinus collē petere contenderunt atq; eum decusso Labieni præsidio: celeriter occupauerunt. Labienus cū parte equitū uix fuga sibi pepe rit salutē. Hac re per equites gesta Cæsar legionibus opera distribuit: atq; in eo colle quo erat potitus castra muniuit. Deinde ab suis maximis castris p me diū campū e regione oppidi uzittæ: quod inter sua castra & planicie positum erat: tenebaturq; a Scipione duo brachia instituit duci & ita erigere ut ad angulū dextrū sinistrūq; eius oppidi cōuenirent. Hoc hac ratiōe opus istruebat ut cum propiꝰ oppidum copias admouisset oppugnareq; cœpisset: tecta latera suis munitionibus haberet: ne ab equitatus multitudine circūuentus ab oppugnatione deterreretur. Præterea quo facilius colloquia fieri possent: & siqui perfugere uellent id quod ante sæpe accidebat: magno cū eorū periculo: tum facile & sine periculo fieret. Voluit ēt experiri cum ꝓpius hostē accessisset: haberet ne i animo dimicare. Accedebat etiā ad reliquas causas q̄ is locis depressus erat puteiq; ibi nōnulli fieri poterant: aquatione enim lōga & angusta utebatur. Dū hæc opa quæ ante dixi flebant a legionibus: interim pars aciei istructa opus sub hoste stabat: equites barbari leuisq; armaturę prælīs minutis cōminus dimicabant. Cæsar ab eo opere cū iā sub uesperum copias in castra reduceret: magno incursu cū oī equitatu leuiq; armatura. Iuba scipo Laibienus in legionarios impetū fecerūt. Eqtes cæsariani ex uī uniuersæ subitæq; hostiū multitudinis pulsi parūper cesserunt: quæ res aliter aduersariis cedit: nāq; cæsar ex medio itinere copiis reductis eqtibus suis auxiliū tulit. Equites autē aduentu legionū animo addito conuersis equis in numidas cupide insequētes dispersosq; impetū fecerunt: atq; eos conuulneratos usq; in castra regia repulerunt multosq; ex his interfecerunt. Q uod ni in noctem prælium esset conjectum puluisq; uento flatus omnium ꝓspectibus offecisset: Iuba cum Labiēo capti in potestatem Cæsaris uenissent: equitatusq; cū leui armatura funditus ad internitionem deletus esset. Interim incredibiliter ex legionibꝰ quarta & sexta Scipionis milites diffugere partim in castra Cæsaris: partim in quā quisq; poterat regionem peruenire. Itemq; equites curiani diffisi Scipioni: eiusq; copiis complures se eodem conferebant. Dum hæc circum uzittam ab utrisque ducibus administrantur: legiones duæ. yiiii. &. x. ex Sicilia nauibus onerariis profectæ: cum iam non longe a portu ruspinæ abessent conspicati naues cæsarianas: quæ in statione apud tapsim stabāt: ueriti ne aduersariorū insidiandi gratia ibi commorantium classem inciderent imprudentes uella in altum dederūt ac diu multumque iactati: tandem multis post diebus sint inopiaq; confecti ad Cæsarem peruenerunt. Q uibus legionibus expositis memor in italia pristinæ licentiæ militaris: ac rapinarum certorum hominum paruulam modo clausulam nactus Cæsar: quod Auienus tribu. mili. decem legionis nauem commeatu facillimaque sua atq; iumentis occupauisset: neq; militum unū ab Sicilia sustulisset. Postero die de suggesto cōuocatis omnium legionum tribu

nis centuriōibusq;. Maxime uellē inqt homines suæ petulātiæ nimiæq; libertatis aliquando finē fecissent: meæq; lenitatis modestiæ patiētiæq; rationē habuissent. Sed quoniā ipsi sibi neq; modū neq; terminū cōstituunt: quo cæteri dissimiliter gerant: egomet ipse documentū more militari cōstituā. Q ua propter. C. Auiene qd in italia milites po. ro. cōtra remp. instigasti rapinasq; per municipia fecisti quodq; mihi reique pub. inutilis fuisti: & ꝓ militibus tuam familiam iumentaque in naues imposuisti: tuaque opera militibusque tempore necessario res publica caret: ob eas res ignominiæ causa ab exercitu meo te remoueo: hodieq; ex africa abesse: & q̄tū potes ꝓficisci iubeo. Itēq; te. A. fōtei: q; tribunꝰ militū seditiosus maluisq; ciuis fuisti: te ab exercitu dimitto. Tu sci Saliene. T. Aliene. M. tyro. C. Clusiane cū ordines in meo exercitu beneficio nō uirtute cōsecuti: ita uos gesseritis: ut neq; bello fortes: neq; pace bōi aut utiles fueritis: & magis in seditiōe: cōcitandisq; militibus aduersariorū nostrorū impatoris q̄ pudoris modestiæq; fueritis studiosiores: indignos uos eē arbitror: q in meo exercitu ordies ducatis missosq; facio: & q̄tū potestis abesse ex africa iubeo. Itaq; tradidit eos cēturionibus: & singulis non amplius singulos additis seruis in naui imponendo seperati curauit. Getuli interm pfugæ: quos cū lris mādatisq; a Cæsare missos supra docuimus: ad suos ciues pueniūt: quorū auctoritate facile adducti: Cæsariq; nomie psuasi: a rege Iuba desciscūt celeriterq; cūcti arma capiūt: cōtraq; regē facere nō dubitāt. Q uibus rebus cognitis Iuba distētus triplici bello: necessitateq; coactus: de suis copiis quas contra Cæsarē adduxerat: sex cohortes in fines regni sui mittit quæ eēnt p̄sidio cōtra getulos. Cæsar brachiis pfectis ꝓmotisq; usq; eo ut tælū ex opido abiici nō posset: castra munit: balistis scorpiōibusq; crebris añ frōtē castrorū cōtraq; oppidū collocatis: defensores muri deterrere nō intermittit: easq; qnque legiōes ex supioribꝰ castris deducit. Q ua facultate oblata: illustriores notissimiq; cōspectū amicorū ꝓpinquorūque efflagitabāt: atq; inter se colloquebāt: quæres q̄d utilitatis haberent: Cæsarem non fallebat. Nāq; getuli ex eqtatu regio nobiliores: eqtūq; p̄fecti quorū ptes cū Mario añ māserāt: eiusq; beneficio agris finibusque donati post Syllæ uictoriā: sub Hyempsalis regis erant dati potestate occasione data: nocte iam luminibus accensis: cū equis calonibusque suis circiter mille pfugiūt in Cæsaris castra quæ erant in campo ꝓxime uzitæ locata. Q uod post Scipio & q cū eo erāt: cognouerūt: cū commoti ex tali incōmodo essent: fere p id tempus. M. Aquiniū cū. C. Saserna colloquentem uiderūt. Scipio mittit ad Aquiū nil attinere eū cū aduersariis colloq. Cum āt nihil minus eius sermonem nuncius ad se referret: diceretque ut reliqua quæ uellet pageret uiator postea ab Iuba ad eū est missus: qui diceret audiente Saserna uetat te rex colloqui. Q uo nuncio pterritus: discessit: Et dicto audiens fuit regi Vsu uenisse hoc ciui romano miror: & ei qui a populo romano honores accepisset:: incolumi patria fortunisque omnibus: Iubæ barbaro potius obedientem fuisse. q̄ aut Scipionis obtempasse nuncio: aut Cæsaris eiusdem ptis ciuibus incolumem reuerti malle. Atque etiam supioribꝰ Iubæ factum non i. M. Aquiniū hoiem nouum paruumq; senatorē: sed i Scipionem hoiem illa familia dignitate honoribusque præstantem. Nam cum Scipio sagulo purpureo ante regis aduentum uti solitus esset: dicitur Iuba cum eo ægisse non opor

A Cæsare exercitus moti

Getuli a Iuba desciscūt.

Hyempsal rex.

tere illũ eodẽ uti uestitu: atq; ipse uteret. Itaq; factũ est illico: ut Scipio ad aliũ sese uestitũ trãsferret: & iubæ homini superbissimo ineptissimoq; obtẽperaret. Postero die uniuersas homiu um copias de castris omnibus deducunt: & super aliũ quendam excelsum natura locũ nõ longe a Cæsaris castris aciem cõstituũt: atq; ibi cõsistunt. Cæsar itẽ ꝓducit copias celeriterq; his instructis ante suas munitiones quæ erant in cãpo cõstituit sine dubio existimans ultro aduersarios: cũ tam magnis copiis auxiliisq; regis essent ꝑditi: prõptiusq; ꝓsiluisse nt ante se cõcursuros ꝓpiusq; se accessuros & equo circũuectus legiõesq; cohortatus: signo dato: accessum hostiũ aucupabat. Ipse enim a suis munitionibus lõgius nõ sine ratione ꝓcedebat qd' in oppido uzitta: qd' Scipio tenebat: hostiũ erãt cohortes armatæ. Eidẽ aut oppido ad dextrũ latus eius cornu erat oppositũ. Verebat' q; ne si ꝑtergressus esset ex oppido: eruptione facta ab latere eũ adorti cõciderũt. Præterea hæc quoq; eũ cã tardauit: q; erat locus qdã ꝓ impeditus ante aciẽ Scipiõis: quẽ suis ipedimẽto ad ultro occurrẽdũ fore existimabat. Nõ arbitror esse ꝑtermittendũ quẽadmodũ exercitus utriusq; fuerũt in aciẽ instructi: Scipio hoc mõ aciẽ direxit: collocabat in frõte suas: & Iubæ legiões: postea autẽ numidas in subsidiaria acie ita extenuatos: & in longitudinẽ directos ut ꝓcul simplex esse acies a legionariis militibus uideret'. In cornibus aũt duplex esse existimabat': elephãtos dextro sinistroq; cornu collocauerat: æqualibus inter eos inter uallis interiectis. Post aũt elephãtos armaturas leues numidasq; substituerat auxiliarios eqtatũ frænatũ uniuersum in suo dextro cornu disposuerat. Sinistrũ eni cornu oppido uzitta claudebat'. Neq; erat spatiũ eqtatus explicãdi. Postea numidas leuisq; armaturæ infinitã multitudinẽ ad dextrã ptẽ suæ aciei opposuerat: fere interiecto nõ minus mille passuũ spatio & ad collis radices magis appulerat: lõgiusque ab aduersariorũ suisque copiis ꝓmouebat. Idque hoc cõsilio ut cũ acies duæ ĩter se concurrissent: initio certaminis paulo lõgiꝰ eius eqtatꝰ circũuẽtus ex ĩprouiso clauderet multitudine sua exercitũ Cæsaris: atque ꝑturbatũ iaculiscõfigeret. Hæc fuit rõ scipiõis ea die ꝑliãdi Cæsaris ãt acies hoc mõ fuit collocata: ut ab sinistro eiꝰ cornu ordiar: & ad dextrũ eiꝰ pueniã: habuit ĩ sinistro cornu legionẽ nonã & octauã. In dextro cornu trigesimãq; uigesimãoctauã: quartãdecimã: decimãtertiã trigesimãtertiã & uigesimãsextã: ĩ media acie ipsũ aut dextrũ cornu secunda acie fere ĩ eaꝝ legionũ ꝑte cohortiũ collocauerat. Præterea ex tyronũ legiõibꝰ paucas adiecerat. Tertiã aũt ĩ sinistrũ cornu cõtulerat: & usq; ad aciei suæ mediã legionẽ porrexerat: & ita collocauerat: uti suũ dextrũ latꝰ munitiõibus adiuuaret'. Sinistrã aũt eqtatꝰ hostiũ multitudine resistere posset: eodẽq; suũ oẽ cõtulerat equitatũ: & qd' ei paꝝ cõfidebat: ꝑsidio his eqtibꝰ legionẽ quintã ꝓmiserat leuẽque armaturã ĩter eqtes interposuerat. Sagittarios uarie passimq; certis maxieque ĩ cornibus collocauerat. Sic utrorũque exercitꝰ instructi: nõ plus passuũ trecẽtoꝝ ĩteriecto spatio: quod fore ante id tempus acciderat nunquam: quin dimicaretur: a mane usq; ad horam decimam diei perstiterunt. Iã que Cæsar dum exercitum recludere intra munitiones suas cœpisset: subito uniuersus equitatus ulterior numidarum getulorũque sine frænis ad dextram partem se mouere: propiusque Cæsaris castra quæ erant in collo se conferre cœpit. Frænari autem Labieni equites in loco permanere: legionesque di-

Scipio uestitũ mutat Iubæ supbissimo obtẽperans.

Ordo aciei scipionis.

Acies Cæsarianæ.

stinere. Cũ subito pars eqtatus Cæsaris cũ leui armatura cõtra getulos iniusu ac temere lõgius ꝓgressi: paludẽq; transgressi: multitudinẽ hostiũ sustinere pauci nõ potuerũt. Leuisq; armatura deserti ac pulsi cõuulneratiq; uno eqte amisso multis eqs sauciis leuis armaturæ uigintisex occisis ad suos refugerũt. Quo secũdo equestri ꝑlio facto. Scipio lætus in castra nocte copias deduxit. Quod ꝓpriũ gaudiũ bellantibus fortũa tribuere nõ decreuit. Nanq; postero die Cæsar cũ ꝑte equitatus sui leptim frumenti gratia misit. In itinere ꝑdatores equites numidas getulosq; ex improuiso adorti circiter centum partim occiderunt: partim uiuosq; potiti sunt. Cæsar interim quottidie legiones in campum deducere aduersariosq; excursionibus iter efficere non intermittit. Scipio itẽ munitiones contra facere: & iugo nea Cæsare excluderet' adproperare. Ita duces utriq; & in opibus occupati erant: & nichilominus equestribus prælis inter se quottidie dimicabant. Interim Varus classem: quam antea uticę hyemã digratia subduxerat cognito legionis septimæ & octauæ ex sicilia aduentu: celeriter deducit: ibiq; getulis remigibus epibatisq; cõplet: insidiãdiq; gra ab utica ꝓgressus adrumentũ cũ qnquagintaquinq; nauibus peruenit. Cuius aduẽtu insciꝰ Cæsar. L. Cispiũ cũ classe. xxyi. nauiũ ad Thapsim uersus in statiõnẽ ꝑsidii gratia cõmeatusq; sui mittit. Itemq;. Q. Aquilam cũ tredecim nauibus longis Adrumentũ eadem de cã premittit. Cispius quo erat missus: celeriter peruenit. Aquila tẽpestate iactatus: cum classe propius promontoriũ superare nõ potuit. Atq; angulũ quendam tutũ a tempestate nactus cum classe se longius a ꝓspectu remouit. Reliqua classis in salo ad leptim egressus remigibus: passimq; in littore uagantibus: partim in oppido uictus sui mercandi gratia ꝓgressus uacua a defensoribus stabat. Quibus rebus Varus ex pfugis cognitis occasionẽ nactus uigilia secunda adrumento ex cothone egressus prio mane leptim cum uniuersa classe uectus: naues onerarias: quæ lõgius a portu in salo stabant: incendit: & pentiremes duas quæ longius erant uacuas a defensoribus nullo repugnante cœpit. Cæsar interim celeriter per nuncios in castris cum opera circuiret: certior factus quæ aberant a portu milia passuum .yi. equo amisso: omissis oibus rebus celeriter peruenit leptim: ibiq; moratus oẽs ut se naues cõsequerent': primũ ipse nauigiolũ paruũ cõscendit in cursu Aquilã multitudine nauigiorũ ꝓterritũ atq; trepidantẽ nactus: hostiũ classem sequi cœpit. Interim Varꝰ celeritate Cæsaris: audaciaq; motus cũ uniuersa classe cõuersus: nauibus adrumentũ uersus fugere contendit: quem Cæsar in milibus passuum quattuor consecutus recuperata quinqueremi cum omnibus suis epibatis: atque etiã hostium custodibus. cxxx. in ea naue captis: triremẽ hostium proximã quæ in repugnando erat commorata conustam remigum: epibarumq; cœpit. Reliquæ naues hostiũ promontoriũ superarunt: atque adrumentũ in cothonẽ se uniuersæ contulerunt. Cæsar eodem uento ꝓmontoriũ superare non potuit: atq; in salo ĩ anchoris ea nocte cõmoratus pria luce adrumetũ accedit: ibiq; nauibꝰ onerariis quæ erãt extra cothonẽ ĩcẽsis oibusq; relicꝙs aliis aut subductis: aut ĩ cothonẽ cõpulsis: paulisp cõmoratꝰ: si forte uellẽt classe dimicare: rursus se recepit ĩ castra. In ea naue captꝰ est. P. Vestiꝰ eques romanus: & P. Ligariꝰ Afranius: quem Cæsar ĩ hispania cũ reliquis dimiserat: & postea se ad pompeium contulerat: Inde ex ꝑlio effugerat ĩ africã: & ad

Pars eqtatꝰ Cęsaris teme re ꝓgressa.

Varꝰ naues incendit.

Varus a cæsare fugatus

EL COLEGIO DE NUESTRA SEÑORA DEL ROSARIO

P. Ligarij iussu cæs. necatus.

Varũ uenerat. Quẽ ob periurii perfidã Cæsar iussit necari. P. Vestiũ autem q̃ eius frater romæ pecuniã imperatã numerauerat: & q̃ ipse causam Cæsaris ꝓbauerat: sed Nasidii classe captũ cũ ad necẽ ducerẽt: beneficio Vari esse seruarũ: posteaquam facultatẽ sibi nullã datã transeundi ignouit.

Specus ĩ africa ad frumẽtũ cõdendũ.

Est in africa consuetudo incolarũ: ut in agris ojbus fere illis sub terra ſpecus condendi frumenti gratia clã habeant atq; id propter bella maxime hostiũq; subitũ aduentũ præparent. Quã de re Cæsar certior per indicẽ factus: tertia uigilia legiones duas cũ eqtatu mittit a castris suis milia passuũ: atq; inde magno numero frumẽti onustos recepit in castra. Quibus rebus cognitis Labienus ꝓgressus a suis castris milia passuũ. vij. per iugũ & collẽ per quẽ Cæsar pridie iter fecerat: ibi castra duarũ legionũ facit: atq; ipse quottidie existimans Cæsarẽ eodẽ sæpe frumentãdi gratia cõmeatuq; cũ magno equitatu leuiq; armatura ĩsidiaturus locis idoneis cõsedit. Cæsar interi de ĩsidiis Labiẽi ex pfugis certior factꝰ paucos dies ibi cõmoratus: dum hostes quottidiano instituto: sæpe idẽ faciendo in negligentiã adducerent: subito mane imperat porta decumana legiones octo ueteranas cũ parte equitatus sequi atq; equitibus præmissis neq; opinantes insidiatores subito in conuallibus latentes: leuiq; armatura concidit circiter. d. reliquos in fugã turpissimã cõiecit. Interi labienus cũ uniuerso equitatu fugientibus suis suppetias occurrit: cuiꝰ uim multitudinẽq; cũ eqtes pauci Cæsariani sustinere non possent: Cæsar instructas legiones hostiũ copiis oñdit. Quo facto perterrito labieno ac retardato: suos equites recepit incolumes.

Numidæ in cruce suffixi

Postero die Iuba numidas eos qui loco amisso fuga se receperant in castra: ĩ cruce oẽs suffixit.

Op. Agar.

Cæsar interim quoniã frumenti inopia premebatur: copias omnis ĩ castra cõcludit atq; præsidio læpte: ruspinæ: Achillæ relicto: Crispo Aquilæque classe tradita ut alter adrumentũ: alter thapsum mari obsideret ipse castris icẽsis quarta noctis uigilia acie instructa impedimentis ĩ sinistra parte collocatis ex eo loco ꝓficiscitur & ꝓuenit ad oppidũ agar: quod a getulis sæpe ãtea oppugnatũ summaq; ui ꝑ ipsos oppidanos erat defensũ: ibi ĩ campo castris unis positis ipse frumentatũ circũ uillas cum parte equitatus ꝓfectus magno inuẽto hordei oleĩ uini fici numero: pauco tritici: atq; recreato exercitu redit in castra.

Op. zetta.

Scipio interi cognito Cæsaris discessu cũ uniuersis copiis per iugũ cæsarẽ sub sequi cœpit: atq; ab eius castris milia passuũ. y. longe trinis castris dispartitis copiis cõsedit: oppidũ erat zetta quod aberat a scipiõe milia passuũ decẽ eius regionem & partem castrorum collocatũ. A cæsare autẽ diuersum ac remotũ quod erat ab eo longe milia passuũ. xyiij. Huc scipio legiones duas frumentãdi gratia misit. Quod postq̃ cæsar ex pfugis cognouit castris ex cãpo in collẽ ac tutiora loca collocatis: atq; ibi ꝓsidio relicto ipse quarta uigilia egressus ꝑ ter ostiũ castra ꝓficiscitur cum copiis & oppido potit. Legiones Scipionis cõperit lõgius in agris frumentari: & cum eo contendere conaretur animaduertit copias hostiũ his legionibus occurrere suppetias: quæ res eius impetũ retardauit. Itaq; capto. C. Biotio Regino equite ro. Scipionis familiarissimo: qui ei oppido ꝑerat: &. P. Atrio equite ro. de conuẽtu uticensi: & camelis. xxij. regis adductis præsidio ibi cũ oppido legato relicto ipse se recipere cœpit ad castra. Cũ iã nõ lõge a castris scipiõis abesset: quæ eum necesse erat prætergredi Labienus Afraniusq; cũ oi equitatu leuique armatura ex ĩsidiis adorti: agmini

Cæs. oppido zetta potitur

eius extremo se offerunt: atq; ex collibus primis existunt. Quod postq̃ Cæsar animaduertit equitibus suis hostiũ in oppositis sarcinas legionarios in aceruũ iubet cõportare: atq; celeriter signa hostibus inferre: qd' postq̃ cœptũ est fieri primo impetu legiõis eqtatꝰ: & leuis armatura hostiũ nullo negocio loco pulsa & deiecta est de colle. Cũ iã cæsar existimasset hostes pulsos: deterritosq; finẽ lacessendi facturos: & iter cœptũ ꝓgere cœpisset. Iterũ celeriter ex ꝓximis collibus erũpunt numidæ leuis armaturæ mirabili uelocitate prompti: q inter eqtes pugnabãt & una pariterq; cũ eqtibus accurrere: & refugere cõsueuerant. Cũ hoc sæpius facerent: & iulianos ꝓficiscentes insequerent': & refugerẽt: stãtes ꝓpius nõ accederẽt: & singulari genere pugnæ utẽrent' eosq; iaculis conuulnerare satis eẽ crederẽt. Cæsar intellexit nihil aliud illos conari: nisi ut se cogerent castra in eo loco ponere: ubi oĩo aquæ nihil eẽt: ut exercitꝰ eius ieiunus q̃ aquarta uigilia usq; ad horã decimã diei nihil gustasset: ac iumenta siti peritẽt. Cũ iã ad solis occasũ eẽt: & nõ totos cẽtũ passus ĩ horis q̃ttuor eẽt ꝓgressus: eqtatu suo ꝓ equoq; interritũ extremo agmine remoto: legiões inuicẽ ad extremũ agmẽ euocabat: ita ui hostiũ placide leniterq; ꝓcedẽs plegionarium militẽ cõmodꝰ sustinebat. Interim eqtũ numidarq; copiæ dextra sinistraq; ꝑ colles currere: coronæq; ĩ modũ cingere multitudine sua cæsaris copias: ꝑs agmẽ extremũ seq: Cæsariani interim nõ amplius tres aut quattuor milites uetorani cũ se cõuertissent & pila uiribꝰ cõtorta ĩ numidas ĩfestos cõgessissent amplius duoq; miliũ ad unũ terga uertebãt: & iacula ĩ legionarios cõiiciebant. Ita Cæsar mõ ꝓcedẽdo: mõ resistẽdo: tardius itinere cõfecto: noctis hora pria oẽs suos ad unũ ĩ castris sauciis. x. fatis ẽduxit. Labiẽus circiter. ccc. amissis multis uulneratis: ac defessis istãdo oĩbus: ad suos se recepit.

Elephãtorũ multitudo.

Scipio iterim legiões ꝓductas cũ elephãtibꝰ quos añ castra ĩ acie terroris gra ĩ cõspectu cæsaris collocauerat: reducit ĩ castra. Cæsar cõtra eiusmõi hostiũ genera: copias suas nõ ut ĩpator exercitũ ueteranũ: uictorẽq; maximis gestis: sed lãista tyrões gladiatoresq; cõdocet: facere quo pede se reciperẽt ab hoste: & quẽadmodũ obuersi aduersarios & ĩ q̃tulo spatio resisterẽt: mõ ꝓcurrerẽt: mõ recederẽt: cõminarẽ turq; impetũ: ac ꝓpe equo loco & quẽadmodũ tæla mitterẽt: ꝑcipit: mirifice aut hostiũ leuis armatura anxiũ exercitũ nostrũ atq; sollicitum habebat: q & eqtes deterrebat: ꝑliũ inire ꝓpter equoq; interritũ: q; eius iaculis interficiebãt: & legionariũ militem defatigabãt ꝓpter uelocitatẽ. Grauis enim armaturę milites simul atq; ab his infectatus cõstiterat: in eosq; impetũ fecerat: illi ueloci cursu facile periculũ uitabant. Quibus ex rebus cæsar uehemẽter cõmotus: qa qd' cunq; ꝑliũ quotiens erat cõmissũ eqtatu suo sine legionario milite hostium eqtatui leuiq; armaturæ eoq; nullo mõ par esse poterat. Sollicitabat' aũt his rebus q; nõdũ hostiũ legiões cognouerat: & quodãmodo sustinere posset ab eorũ eqtatu leuiq; armatura: quæ erat mirifica: si legiões quoq; accessissent. Accedebat ẽt hæc cã: qd elephãtoq; magnitudo multitudoq; militũ aĩos detinebat in terrore. Cui uni rei tñ inuenerat remediũ. Nãq; elephãtos in Italiã trãsporta ri iusserat: quos & miles nosset: speciẽq; & uirtutẽ bestiæ cognosceret & cuipti ẽt corpis eiꝰ tælũ facile adigi posset: oneratusq; ac loricatus elephãtus cũ esset quę pars eiꝰ corpis nuda sine tegmine relinqueret' ut eo tæla cõiicerẽt: ꝑterea ut iumẽta bestiaq; odorẽ: stridor ẽ speciẽ: cõsuetudie captaq; nõ reformidarent

quibus ex rebus largiter erat cõsecutus. Nã & milites bestias manibus pertractabãt: earũq; tarditatẽ cognoscebãt: eqteſq; in eos pila præpilata cõiiciebãt: atq; in cõsuetudinẽ equos ipsaꝝ bestiaꝝ adduxerãt. Ob has causas: quas supra cõmemorauí: sollicitabat Cæsar: tradiorq; & cõsideratior erat factus & ex pristina belladí cõsuetudine: celeritateq; excesserat. Nec mirꝝ: copias enim habebat in gallia bellare cõsuetas locis cãpestribus atq; cõtra gallos hoies apertos: minime insidiosos: q puirtutẽ nõ p dolũ dimicare cõsueuerũt. Tũ aũt erat ei laborãdũ: ut cõsuefaceret milites hostiũ dolos insidias artificia cognoscerẽt qd sequí: qd uitare cõueniret. Itaq; quo hæc celerius cõciperẽt: dabat operã: ut legiones nõ in uno loco cõtineret: sed p cãm frumẽtãdi huc illuc raptaret. Ideo q; hostiũ copias ab se suoq; uestigio nõ discessuras existimabat. Atq; post diẽ tertiũ ꝓductas accuratius suas copias sicut instruxerat: hostiũ castra ptergressus æquo loco inuitat ad dimicãdũ. Postq̃ eos abhorrere uídet: reducit subuesperꝝ legiões in castra. Legati interim ex oppido Vacca: qd' finitimũ fuit zettæ cuius Cæsarẽ potitũ eẽ demõstrauimus ueniũt: petũt & obsecrãt: ut sibi p̃sidium mittat: se res cõplures quæ utiles bello sunt: administraturos. Per id tẽpus de eoꝝ uolũtate studioq; erga Cæs. trãsfuga suos ciues facit certiores Iubã regẽ celeriter cũ copiis suis anteq̃ cæsaris p̃sidiũ eo pueniret: ad oppidũ cucurrisse: atq; aduenìente multitudíe circũdata eo potitũ: oibusq; ei9 oppidi icolis ad unũ interfectis dedisse oppidũ diripiendũ: delendũq; militib9. Cæsar interim lustrato exercitu: ad. xii. kal. apriles: postero die ꝓductis uniuersis copiis processus a suis castris mília passuũ. v. a Scipiõe circiter duũ miliũ interiecto spatio in acie cõstitit. Postq̃ satis diuq; aduersarios a se ad dimicandũ inuitatos superſedere pugnæ animaduertit: reducit copias postero die castra mouet atq; iter ad oppidũ sarsurã: ubi Scipio numidaꝝ habuerat p̃sidiũ frumentũq; comportauerat ire cõtendit. Q uod ubi labiẽus animaduertit cũ equitatu leuiq; armatura agmen eius extremũ carpere cœpit. Atq; ita lixaꝝ mercatorũq; q plaustris merces portabant: interceptis sarcinis: addito animo ꝓpius audaciusque accidit ad legiones q; existimabat milites sub onere ac sub sarcinis defatigatos pugnare nõ posse: quę res Cæsarẽ nõ fefellerat. Nãq; expeditos ex singulis legionib9 trecentos milites esse iusserat. Itaq; eos in equitatu labiẽi immissos turmis suoꝝ suppetias mittit. Tũ labienus conuersis eqs signoꝝ conspectu perterritus: turpissime contendit fugere: multis eius accisis: cõpluribus uulneratis. Milites legionarii ad sua se recipiũt signa: atq; iter incœptũ ire cœperũt. Labienus per iugũ summũ collis dextorsus procul subsequi non destitit. Postq̃ Cæsar ad oppidũ sarsurã uenit inspectantib9 aduersariis interfecto p̃sidio scipiõis cũ suis auxiliũ ferre non auderent fortiter repugnante. P. cornelio Scipione euocato qui ibi præerat: atque a multitudine circunuento interfectoque oppido potitur. Atque ibi frumẽto exercitui dato: postero díe ad oppidum tisdram peruenit: in quo Consídius per id tempus fuerat cum grandi præsidio: cohortesque sua gladiatorum. Cæsar oppidi natura perspecta: atque inopia ab oppugnatione eius deterritus protin9 profectus circiter mília passuũ quatuor ad aquam fecit castra: atque inde quarta uigilia egressus redit rursus ad ea castra quarta díe: quæ ad agar habuerat. Idem facit Scipio atque in antiqua castra copias reducit. Thabenẽses: iterim: qui sub ditiõe & potestate lu-

Op. Vacca finitimum zettæ.

Sarsura oppidum.

Cæs. potitur oppido Sarsura.

Oppidũ Tisdra.

be esse consuessent in extrema eius regni regione maritima locati interfecto regio p̃sidio: legatos ad Cæsarẽ mittũt. Rem male gestã docẽt: petunt orãtq; ut suis fortunis præsto q; beneméríti essent auxiliũ ferret. Cæsar eoꝝ cõsilio ꝓbato. M. crispũ tribunũ cũ cohorte & sagitariis tormentisq; q̃pluribus præsidio thabenã mittit. Eodẽ tempore ex legionibus omnibus milites qui aut morbo impediti aut cõmeatu dato: cũ signis nõ potuerant ante trãsire in africam ad milia quattuor equites. cccc. funditores sagitariiq; .cc. uno commeatu Cæsari occurrerunt. Itaq; cũ his copiis & omnibus legionibus eductis: sicut erat instructus. yiii. milib9 passuũ a suis castris ab scipionis uero quattuor milibus passuũ lõge cõstitit in cãpo. Erat oppidũ infra castra Scipiõis noie tegea: ubi præsidiũ equestre circiter. cccc. habere cõsueuerat. Eo equitatu dexra siníſtraque directo ab oppidi lateribus ipse legionibus ex castris eductis atq; iugo inferiore instructis nõ longius fere mile passus ab suis munitionibus ꝓgressus in acie cõstitit. Postq̃ diutius in uno loco Scipio cõmorabat': & tempus diei in ocio cõsumebat': Cæsar equitũ turmas suoꝝ iubet in hostiũ eqtatũ qui ad oppidũ in statiõe erat facere impressionẽ: Leuéq; armaturã sagittarios funditoresq; eodem sũmitit. Q uod ubi cœptũ est fieri: & equis cõcitatis iuliani impetũ fecissent: Placidius suos equites exporrigere cœpit in longitudinẽ: ut haberent facultatẽ turmis iuliãis circũfundi & nihilominus fortissime acerrimeq; pugnare. Q uod' ubi cæsar aĩaduertit: trecẽtos quos ex legiõib9 hre expeditos cõsueuerat ex ꝓxia legiõe quæ ei p̃sido in acie cõstiterat: iubet eqtatui succurrere Labienus iterim suis eqtibus auxilia equestria mitttere: sauciisq; ac defatigatis integros recentioribusq; uiribus eqtes submínistrare. Postq̃ eqtes iuliani. cccc. uim hostiũ: ad quattuor milia numero sustinere nõ poterant: & a leui armatuta numidaꝝ uulnerabant' minutatimq; cedebantur: Cæsar alterã alam mittit: qui satagentibus celeriter occurrerent. Q uo facto sui sublati uniuersi in hostes ipressione facta: in fugã aduersarios dederũt: multis occisis: cõpluribus uulneratis: isecuti tria milia passuũ: usq; in colles hostibus adactis: se ad suos recipiũt. Cæsar in horã. x. cõmoratus sicut erat instructꝰ: se ad sua castra recepit oibus incolumibus. In quo prælio Placidius grauiter pilo pcussidẽ capiti ictus: cõpluresq; duces fortissimi quiq; interfecti uulneratiq; sũt. Postq̃ nulla cõditione cogere aduersarios poterat: ut in æquũ locũ descenderent: legionũq; piculum facerent: neque ipse ꝓpius hostẽ castra ponere ꝓpter aquæ penuriã se posse animaduerteret: aduersarios non eorum uirtute confidere: sed aquaꝝ inopia frætos despicere se intellexit: pridie nonas apriles tertia uigilia egressus ab agar. xyi. milia passuũ nocte ꝓgressus ad thapsum ubi Virgilius cum grãdi præsidio præerat: castra ponit oppidumq; eo die circũmunire cœpit locaque idonea opportunaque cõplura p̃sidiis occupare ne hostes ĩtra ad se ac loca ĩteriora capere possent. Scipio interim cognitis cæsaris consiliis: ad necessitatẽ adductus dimicandi ne p suum dedecus fidissimos suis rebus thapsiãos: & Virgilium amitteret: cõfestim cæsarẽ p supiora loca consecutus milia passuum octo a thapso binis castris cõsedit. Erat stagnum salinaꝝ: inter qd & mare angustiæ quædã nõ amplius mille & quingẽtos passus ĩtererãt quas Scipio intrare & thapsianis auxilium ferre conabatur qd futurum cæsarẽ nõ fefellerat. Nanque pridie ĩ eo loco castello munito: ibique trino præsidio reli-

Thabenẽses cæs. recipiũt

Oppidum Tegea

Fugant' hostes cæsariãi

placidiꝰ pilo caput ictus.

cto: ipse cũ reliqs copiis lunatis castris thapsum operibus circũmuniuit. Scipio iterim excluſus ab incepto itinere ſupra ſtagnũ poſtero die & nocte cõfecta: cælo albeſcente nõ lõge a caſtris p̃ſidioq; qd ſupra cõmemorauimus mille quingentos paſſus ad mare uerſus cõtendit: & caſtra munire cœpit. Quod poſtq̃ Cæſari nunciatũ eſt: milites ab ope deductos caſtris p̃ſidio aſpernate p conſule cũ legionibus duabus relicto: ipſe cũ expedita copia in eũ locũ citatũ cõtendit claſſiſq; parte ad thapſum relicta: reliquas naues iubet poſt hoſtium tergũ q̃ maxime ad littus appelli: ſignũq; ſuũ obſeruare: quo ſigno dato ſubito clamore facto: ex improuiſo hoſtibus auerſis incuteret terrorẽ: ut p turbati ac pterriti reſpicere poſt terga cogerent. Quo poſtquã Cæſar uenit: & aiaduertit aciẽ p uallo ſcipionis contra elephantos dextro ſiniſtroq; cornu collocatã: & nihilominus partẽ militũ caſtra nõ ignauiter munire. Ipſe acie tripliciter collocata: legiõe decima ſecũdaq; dextro cornu: octaua: & nona ſiniſtro oppoſitis qnq; legiõib9 i quarta acie ad ipſa cornua qnis cohortibus cõtra beſtias collocatis ſagittariis funditorib9 utriuſq; diſpoſitis: leuiq; armatura iter eqtes iteriecta: ipſe peditib9: circũ milites cõcurſas uirtuteſq; ueteranor̃ p̃liaq; ſupiora cõmemorãs blãdeq; appellãs aios eor̃ cõcitabat. Tyrões aũt q nũq̃ i acie dimicaſſent hortabat: ut ueteranor̃ uirtutẽ emularent: eorũq; famã: nomen locũq; victoria parta cuperẽt poſſidere. Itaq; circũeundo exercitũ aiaduertit hoſtes circa uallũ trepidare: atq; ultro citroq; pauidos concurſare: & mõ ſe inter portas recipere mõ incõſtãter imoderateq; pire. Cũq; idẽ a pluribꝰ aiaduerti cœptũ eẽt: ſubito legati cuocatiq; obſecrare Cæſarẽ: ne dubitaret ſignũ dare. Victoriã ſibi p̃priã a diis immortalibus portẽdi. Dubitãte cæſare atq; eor̃ ſtudio cupiditatiq; reſiſtẽte: ſibiq; eruptiõe pugnari nõ placere clamitante & etiã atq; ẽt aciẽ ſuſtẽtante: ſubito dextro cornu i iuſſu cæſaris tubicẽ a militib9 coactus canere cœpit. Quo facto ab uniuerſis cohortibus ſigna in hoſtẽ cœpere inferri. Cũ cẽturiones pectore aduerſo reſiſterent: uiq; cõtinerent milites ne in iuſſu imperatoris cõcurrerẽt nec qcq̃ p̃ficiſcerẽt. Quod poſtq̃ Cæſar itel lexit incitatis militũ animis reſiſti nullo mõ poſſe: Signo fœlicitatis dato equo admiſſo in hoſtẽ cõtra principes ire cõtẽdit. A dextro interi cornu funditores ſagitariiq; cõcita tæla in elephãtos frequẽtes iniiciũt: quo facto beſtię ſtridore fundar̃ ſaxor̃ plũbiq; pterritæ: ſeſe cõuertere: & ſuos poſt ſe frequẽtes ſtipatoſq; p̃terrere: & in portas ualli ſemifactas rure cõtendũt. Itẽ mauri eqtes q in eodẽ cornu: elephãtis erãt p̃ſidio: deſerti principeſq; fugiũt. Ita celeriter beſtiis circuitis legiões uallo hoſtiũ ſũt potitæ: & paucis acriter repugnãtib9 interfectis reliq cõcitati in caſtra: unde pridie erãt egreſſi: cõfugiũt. Nõ uidet eẽ p̃termittẽdũ de uirtute militis ueterani qntæ legiõis: nã cũ i ſiniſtro cornu elephãtus uulnere ictus & dolore cõcitatus in lixã inermẽ impetũ feciſſet: cũq; ſub pede ſubditum deinde genu innixus pondere ſuo: proboſcide erecta: uibrantique ſtridore maximo premeret: atque enecaret miles hoc non potuit pati: quin ſe armatum: beſtiæ offerret: quem poſtquam elephantus ad ſetælo infeſto uenire animaduertit: relicto cadauere militem proboſcide circundat: atq; in ſublime extollit armatũ. Qui in eiuſmodi periculo cũ conſtãter agendũ ſibi uideret: gladio p̃boſcidẽ: quo erat circũdatus cædere quantũ uiribus poterat; nõ deſtitit quo dolore adductꝰ elephãtus: milite abiecto; maxio cũ ſtridore cutſuq; cõuerſus ad reliquas beſtias ſe recepit. Interim Thapſo q erãt p̃ſidio: ex oppido eruptionẽ porta maritima faciũt & ſiue ut ſuis ſubſidio ſuccurrerent: ſiue ut oppido deſerto fuga ſalutẽ ſibi pararent: egrediunt̃. Atq; ita per mare umblici ſiue ingreſſi: terrã petebãt. Qui a ſeruitiis pueriſq; : q in caſtris erãt lapidibꝰ piliſq; p̃hibiti terrã attingere: rurſus ſe in oppidũ receperũt. Interim Scipiõis copiis p̃ſtratis: paſſimq; toto cãpo fugientibꝰ: confeſtim Cæſaris legiões cõſecuti: ſpatiũq; nõ dare colligendi: q poſtq̃ ad ea caſtra: quæ petebant p̃fugerũt: ut refectis caſtris rurſus ſeſe defẽderẽt ducẽ aliquem req̃rũt qué reficerent. Cuius auctoritate impioq; rem gererent: q poſtquã aduerterũt neminem ibi eſſe p̃ſidio p̃tinus armis abiectis: in regia caſtra fugere contendunt. Quo poſtq̃ puenerunt: ea quoq; ab iulianis teneri uident. Deſperata ſalute in quodam colle cõſiſtunt atq; armis dimiſſis ſalutationem more militari faciunt: qbus miſeris ea res paruo p̃ſidio fuit; nãq; milites ueterani ira & dolore incenſi: non mõ ut parcerent hoſti poterant adduci: ſed etiã ex ſuo exercitu illuſtres urbanos: quos actores appellabãt: complures aut uulnerarũt: aut interfecerũt. In quo numero fuit Tuliꝰ Rufus Quæſtorius q pilo traiectus cõſulto a milite interiit. Item pompeius Ruffus brachiũ gladio p̃cuſſus: niſi celeriter ad Cæſarem accurriſſet: interfectꝰ eſſet. Quo facto complures eqtes romani ſenatoreſq; perterriti ex prælio ſe receperunt: nec militibus: qui ex tanta uictoria licentiã ſibi aſumpſiſſent immoderate peccandi impunitate p̃pter maxias res geſtas ab ipſis quoque interficerentur. Itaque omnes Scipionis milites cũ fidem Cæſaris implorarent inſpectãte ipſo Cæſare: & a militibus deprecante eis ut parcerent: ad unũ ſunt interfecti. Cęſar trinis caſtris potitꝰ occiſiſq; hoſtiũ decem milibus: fatigatiſque compluribus: ſe recepit qnquaginta militib9 amiſſis paucis ſauciis in caſtra. Statim exitinere ante oppidũ thapſum conſtitit: elephantoſque ſexagintaquattuor ornatos armatoſque cũ turrib9 ornamẽtiſque capit. Captos añ oppidũ inſtructos conſtituit. Id hoc conſilio ſi poſſet. Virgili. quique cũ eo obſidebant̃ rei malegeſtæ ſuorũque indicio a ptinacia deduci: deinde ipſum Virgiliũ appellauit: inuitauitque ad deditionem ſuãq; lenitatem & clementiã commemorauit: Quem poſtq̃ animaduertit reſponſũ ſibi non dare: ab oppido diſceſſit. Poſtero die diuina refacta: concione aduocata: in conſpectu oppidanor̃ milites collaudat: totũque exercitum ueteranorũ donauit p̃miis. Fortiſſimo cuique ac bene merenti p ſuo geſtu tribuit. Ac ſtatim inde digreſſus. T. Rebullo p̃conſule: cum tribus ad Thapſũ cohortibus &. C. Domitio cum duabus claſſibus ubi Conſidius præerat: ad obſidendũ relictis. M. Meſſalla uticam ante p̃miſſo: cum eqtatu ipſe eodem iter facere contendit. Equites interim Scipionis: qui ex prælio fugerant: cum uticam uerſus iter facerent pueniũt ad oppidũ paradã. Ubi cum ab incolis non reciperentur iõq; fama de uictoria Cæſa. p̃cucurriſſet: ui oppido potiti: i medio foro lignis coaceruatis oibuſq; reb9 eor̃ cõgeſtis: ignẽ ſubiiciũt. Atq; ei9 oppidi icolas cuiuſcũq; generis aut ætatis uiuos cõſtructoſq; i flãmã coniiciũt: atq; ita acerbiſſimo afficiũt ſupplicio: deide p̃tin9 uticã pueniũt: Supiore tpe. M. Cato q uticẽſib9 pp bñficiũ legis iuliæ par̃ i ſuis p̃ib9 p̃ſidii eſſe exiſtimauerat: plæbẽ ierm̃ oppido eiecerat: & añ portã bellicam caſtris foſſaque parua duntaxat munierat. Ibiq; cuſtodiis circũdatis habitare coegerat; lenatũ ãt oppidi cuſto-

Signum pugnãdi datũ.

Virt9 militis ueterãi in elephantum.

Scipiõis milites iterfecti ad unum.

Elephanti lxiiii. a Cæſ. capti.

Eqtes ſcipionis op. paradam crudeliſime diripiunt.

dia tenebat. Eoꝝ castra. l. eqtes adorti expugnare cœperũt. Ideo q; eos partib9 Cæsaris fauisse sciebant: ut eis iterfectis eoꝝ pnicie dolorẽ suũ ulciscerent: uti cẽses aio addito ex Cæs. uictoria: lapidib9 & fustibus eqtes repulerũt. Ita post quã castra nõ potuerũt capere: uticã se i oppidũ cõiecerunt. Atque ibi multos uticenses interfecerunt: domosq; eoꝝ expugnauerũt: ac diripuerũt: qbus cũ cato psuadere nulla rõne qret: ut secũ oppidũ defenderẽt: & cæde rapinisq; de sisterẽt: & qd sibi uellẽt: sciret: se dãdæ eoꝝ importunitatis gra singulis. c. diui sit. Idẽ Sylla Faustus fecit: ac de sua pecunia largitus ẽ: una cũ his ab utica p ficiscit. Q uos oẽs cato cõuocatos: una cũ trecẽtis: q pecuniã Scipiõi ad bellũ faciendũ cõtulerãt: hortat: ut seruitia manumitterẽt oppidũque defenderent. Q uoꝝ cũ partẽ assentire partẽ aium mentẽq; pterritã: atq; in fugã destinatã hre intellexisset: amplius de ea re agere destitit. Nauesq; his attribuit ut i quas cunq; partes uellẽt pficiscerent. Ipse omnibus rebus diligentissime cõstitutis liberis suis. L. Cæsari: q tũ ei p quæstore fuerat: cõmendatis & fine suspitione uultu atq; sermone: quo supiore tpe usus fuerat cũ dormitũ isset: ferrũ itro clã in cubiculũ tulit atq; ita se traiecit. Q ui dũ anima nondũ expirata concidisset impetu facto: in cubiculũ ex suspicatione medicus: familiaresq; cõtinere: atq; uulnus obligare cœperũt: ipse suis manibus uulnus crudelissime diuellit: atq; animo præsenti se iteremit. Q uẽ uticenses quãq; oderãt: partiũ gratia; tamẽ propter eius singularem integritatẽ: & quod dissimillimus reliquorum ducũ fuerat: quodq; uticam mirificis operibus munierat: turresq; auserat: sepultura afficiũt. Q uo interfecto. L. Cæsar: ut aliqd sibi ea res auxiliaret conuocato populo: concione habita cohortatur omnes: ut portæ aperirentur se i Cæsaris clementia magnam spem habere. Itaq; portis uticæ patefactis utica egressus Cæsari imperatori obuiã pficiscitur. Messalla: ut erat imperatum: uticã peruenit. Omnibusq; portis custodias ponit. Cæsar interim a thapso pgressus use tam peruenit: ubi Scipio magnũ frumenti numerũ: armorũ tælorum: cæterarumq; rerum cũ paruo præsidio habuerat. Hoc aduenies potitur: deinde adrumentũ peruenit. Q uo cũ sine mora introisset: armis frumento pecuniaq; condiderata. Q. Ligario. C. Considii filio: qui tũ ibi fuerat uitã concesit. Deinde eodẽ die adrumento egressus: luneio regulo ibi cũ legione relicto: uticam ire contendit: cui in itinere fit obuius. L. Cæsar: subitoq; se ad genua proiecit: uitamq; sibi nec amplius quicquam deprecatur: cui Cęsar facile & p sua natura: & instituto cõcessit. Item cecine. Ceteio. Catricio. Lucio Cælæ patri & filio. M. Epio. M. Aquinio Catonis filio. Damasippoq; liberis ex sua cõsuetudine tribuit: circiterque luminibus accensis Vticam peruenit atque extra oppidum ea nocte mansit: postero die mane in oppidum introiit. Concioneque aduocata: uticenses incolas cohortatus: gratias pro eorum studio erga se agit. Ciues aũt romanos negociatores: & eos qui inter. ccc. pecunias contulerant. Varo & Scipioni multis uerbis accusatos: & de eorum sceleribus longiori habita oratione: ad extremum ut sine metu prodirent: edicit. Se eis dũtaxat uitã cõcessurum. Bona quidẽ eoꝝ se uenditurum; ita tamen qui eoꝝ ipsa bona sua redemisset: se bonorum uenditionem indicturum: & pecuniã mulctæ nomine relaturꝝ: ut incolumitatẽ retinere possent: quibus metu exãguibus de uitaq; ex suo merito desperantibus; subito oblata salute; libentes cupidiq; con

Q cato sibi mortẽ consciuit.

Cato ab uticensib9 sepelit Vticẽses Cæsarẽ recipiunt.

Cæsar Vscceta & Adrumento oppidis potit plurimis hostiũ ignoscit Cæsar.

ditionẽ acceperũt. Petieruntq; a Cæsare: ut uniuersis trecentis uno noie pecuniam imperaret. Itaq; mille sextertiis his impositis: ut per trienniũ sex pensionibus po. ro. soluerent: nullo eoꝝ recusante: ac se eodem die demũ natos pdicantes: læti gratias agunt Cæsari. Rex interim Iuba: ut ex plio fugerat: una cũ Petreio interdiu uillis latitando: tandem nocturnis itineribus confectis in regnũ peruenit: ad oppidũq; zamã: ubi ipse domiciliũ: coniuges: liberosq; habebat. Q uo ex cuncto regno oẽm pecuniã: carissimasq; res cõportauerat: qd que inito bello operibus maximis munierat: accedit. Q uẽ antea oppidani rumore ex optato de cæsaris uictoria audito: ob has cãs oppido phibuerunt: qd bello cõtra po. ro. suscepto: in oppido zama signis congestis maximã in medio foro pyram cõstruxerat: ut si forte bello foret superatus: omnibus reb9 coaceruatis: dehinc ciuib9 cunctis interfectis: eodemq; piectis igne subiecto: tũ demũ ipse insuper interiret: atq; una cũ liberis: cõiugibus ciuibusq; cunctaq; gaza regia cremaret. Postq̃ Iuba ante portas diu multũq; primo minus p imperio ægisset cũ zamensibus: deinde cum se parũ proficere intellexisset: precibus quoq; orasset: uti se ad suos deos penates admitterent: ubi eos pstare in sua sententia animaduertit: nec minis nec pcib9 suis moueri quo se reciperẽt tertio petit ab eis ut sibi coniuges liberosq; redderent; ut secũ eos asportaret: postq̃ sibi nihil omnino oppidanos responsi reddere animaduertit: nulla re ab his impetrata: ab zama discedit atq; ad uillã suã cũ. M. petreio pauciscq; equitibus se confert. Interim legatos de his rebus ad Cæsarẽ uticã mittunt: petuntque ab eo: uti ãteq̃ rex manũ colligeret: sesecq; oppugnaret sibi auxiliũ mitteret Se tamẽ paratos esse sibi: quoad uita suppeteret: oppidũ seque ei reseruare: legatos collaudatos Cæsar domũ iubet antecedere: ac suũ aduentũ pnunciare. Ipse postero die utica egressus cũ equitatu ire in regnum contendit. Interim i itinere ex regiis copiis duces complures ad Cæsarẽ ueniunt orãtq; ut sibi ignoscat. Q uibus supplicibus uenia data: zamã peruenit: rumore interim perlato de eius lenitate clementiaque ppe modũ omnes regni equites zamam peruenium ad Cæsarẽ: ab eoque sunt metu periculoque liberati. Dum hæc utrobique geruntur: Considius qui tisdræ cum familia sua gladiatoria manu getulisq; præerat: cognita cæde suoꝝ: Domitiique & legionũ aduentu perterritus desperata salute: oppidũ deserit seque clam cũ paucis barbaris pecunia onustus subducit: atque in regnũ fugere contendit. Q uem getuli sui comites in itinere prædæ cupidi concidunt: seque in quascunque potuere partes cõferũt. C. interim Virgilius postq̃ terra marique clausus: se nihil pficere intellexit suos autẽ interfectos. M. Catonẽ uticæ sibi ipsi manus intulisse regem uagum a suis desertum: ab omnibus aspernari saburã: eiusque copias ab Sictio eẽ delatas: uticæ Cęsarem sine mora receptum. De tanto exercitu reliquias esse nullas: quæ sibi pdessent: suisque liberis a Caninio proconsule: q tum obsidebat fide accepta: seque & sua oia & oppidum procõsuli tradit. Rex interim Iuba ab omnibus ciuitatibus exclusus: desperata salute cum iam conatus esset cum Petreio ut per uirtutẽ interfecti esse uiderentur: ferro inter se depugant atque infirmiorem imbecillioremque Iuba petreium facile ferro cõsumpsit: deinde ipse sibi cum conaretur gladio traiicere pectus: nec posset; præcibus a seruo suo impetrauit se interficeret; idque obtinuit. Petreius interim Sictius item

Op. zama.

Iuba rex oppido phibitus.

Cõsidi9 Tisdra deserta fugiens a getulis cõcidit

Virgi. caninio se dedit

Iuba petreiũ interrimit ipse a seruo interfici obtinet.